

DECISIO LVIII.

R. P. D. BICHO.

Avenionen. Salviani.

Veneris 10 Februarii 1651.

SUMMARIUM.

- 1 Transactio non nocet, non habenti causam à transigentibus.
- 2 Productio ad unum finem facta, non nocet producenti, quod alium.
- 3 Confesso fideicommissi, ubi non extat, non præjudicat.
- 4 Claustra, in aliis autem bonis, operatur, ne prælegata veniant in fideicommisso.
- 5 Hæres etiam in fideicommisso, tenetur servare factum defuncti, pro æquivalencia Inventarii.
- 6 Hæreditas præsumitur opulenta.
- 7 Feudum hæreditarii cadit in hypothecam creditorum. Ex observantia hæreditarium probatur, nu. 9, & nu. 15.
- 8 Investitura ex titulo oneroso concessa, attendi debet, & n. 13. Præjudicium non infert creditoribus, nu. 14.
- 10 Successor admittere tenetur quod ejus auctor approbat.
- 11 Hypotheca in feudo resolvitur, ob illius devolutionem. Consistit in feudo, transiente de uno in alium, num. 12.
- 16 Aëstimatione rei non sufficit, ut dicatur tradita.
- 17 Præscriptio per item interrupitur.
- 18 Transportatio non est facienda de non producili. Integra probatur per fidem Notarii, numero 19.

IMmissioni quam Francisco de Tertullis Dominio della Roque concedendam esse Rota censuit sub die 20 Martii 1650. ut in decisione tunc extensa coram me, obstatre visa non est exceptio fideicommissi Cathelini nuper opposita ab informantibus pro Hætore Bello, aut aliis, feudi, solutionis, & præscriptionis rejectæ semper, ac iterum hodie recantata.

Ad probandum enim fideicommissum afferatur solum enunciativa * emissa in transactione inita inter Alemannum, & Franciscam, nullatenus apta nocere actori ab aliquo ex transigentibus causam non habenti, Rot. decif. 69, nu. 7, coram bon. mem. Coccino decif. 768, nu. 4, part. 2, recent. Gratisque dicitur eadem transactio producta ab auctore, quia ille solum particularum nullum verbum 2 faciente de fideicommisso produxit, * & ad alium effectum nempè docendi, quod Alemannus est hæres Francisci debitoris, unde excluditur confessio asserti fideicommissi, ex alleg. in decif. 467, num. 8, coram sanctæ mem. Greg. XV. decif. 87, num. 7, coram Mart. Andr. decif. 233, n. 6, coram Rever. Urgellen, quæ in omnem evenitum * non præjudicaret cum revera fideicommissum non adsit, Soc. jun. conf. 112, nu. 3, lib. 1, Decian. respons. 10, n. 85, & seqq. lib. 3, Menoch. conf. 91, num. 39.

Ex ipso siquidem testamento Cathelini constat Castrum, de quo agitur, fuisse prælegatum Francisco testatoris filio, prout aliud Alemanno alteri filio, ac postea eosdem filios institutos hæredes cum claustrula, + in aliis autem bonis, quo

Decisiones

casu prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi universalis hæredibus institutis injuncti, juxta theor. Bart. in l. si quis servum 8, §. fin. in fin ff. leg. 2, communiter receptam, ut post alios tradunt Ruin. jun. conf. 147, n. 50, & seqq. Peregr. conf. 47, n. 25, lib. 1, Fular. conf. 82, n. 13, & seqq. & in tract. de subfit. q. 650, n. 24, & seqq. Facchin. de magis communi lib. 5, contrav. cap. 16, per totum, Grat. decif. 404, n. 16. Thef. jun. quæst. forens. lib. 1, quæst. 17, nu. 14, Coccin. decif. 48, nu. 27, ubi testatur de communi Rot. in Rom. locorum montium 4 Maii 1602, coram Corduba in Rom. de Surdis 18 Febr. 1619, coram Ubaldo sen. & in Rom. legati 27 Junii 1629, coram clar. me. Card. Fabricio Veropio: præter quod cum Alemannus rei conventi author fuerit hæres Francisci debitoris, non potest ejus creditoribus fideicommissum patris objicere, quamvis se beneficiatum prætentat, & inventarium exhibeat, nisi ultra probet valorem bonorum in eo descriptorum, ut liquere possit an penes ipsum aliquid lucri remaneat, Grat. decif. 766, n. 50, ubi allegat concord. præsumitur enim hæreditas * opulenta donec contrarium ab hærede probetur, ut in terminis ponderavit Rot. in Rom. legati 2 Maii 1644, coram R. P. D. meo Cerro, & in Camerinen. legati 20 Junii 1650, coram me.

Feudum non efficit quin bona cadant sub hypotheca creditorum possessoris quando est hæreditarium, * & ad quoscumque etiam extraneos transitorum, ex alleg. in ultima decif. §. ortus, quale esse ex adverso allegatum, demonstrat investitura concessa pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, Bald. in l. cum virum 16. sub nu. 21, vers. aut est feudum C. fideic. Ludov. Bell. conf. 1, n. 91, & seqq. Seraph. decif. 188, sub n. 3, Rot. decif. 780, n. 5, part. 3, recent. decif. 93, n. 78, part. 5, cum aliis plena manu congregatis in Sarzinaten. feudi 21 Junii, & 18 Decemb. 1645, coram R. D. meo Decano, que investitura cum facta fuerit primo * acquirenti ex causa onerosa, attendenda est 8 etiam in præjudicium vocatorum in præcedenti concepta ad tertiam generationem, ut post And. de Ifern. & Alvarotti. in cap. 1, de alienat. feud. pat. tradit. Surd. conf. 351, n. 24. Grat. decif. 405, n. 1, & dixit Rot. dec. 450, n. 2, p. 3, rec. dec. 603, n. 16, p. 4, tom. 3, decif. 50, n. 2, p. 6, & in Arimin. Castrorum 14 Febr. 1642, §. minus obstat coram R. D. meo Decano.

Eo magis quia qualitas hæreditaria inerat etiam antiquæ concessioni ex generali consuetudine Status Avenionensis, & Comitatus Venuſini, ubi Castrum situm est, ut testatur Bertrandus, Ludov. Bell. & alii alleg. in ultima decif. hujus cause, §. ortus hypothecæ, & amplius quia hoc idem declaravit obseruantia * cum ipsomet Gabriele adversarii authore, quippe qui Castrum controversum tanquam mere hæreditarium emit ab Alemanno Francisci debitoris hærede, illudque hoc titulo possedit, licet esset extraneus, nec alias emere potuisse, Decian. conf. 78, num. 41, lib. 3, Odd. conf. 6, num. 30, & ponderavit Rot. decif. 185, n. 4, & seqq. part. 4, recent. decif. 93, n. 53, & seqq. part. 5, decif. 316, sub n. 5, & 6, coram Cavalier. & in Rom. Salviani 24 Janu. 1650, §. quia non solum vers. ex eis coram R. P. D. meo Peutinger: unde ulro sequitur, quod adversarius * negare 10 hodie non possit qualitatem hanc hæreditariam, quam ejus author agnovit, & facto ipso approbavit Odd. conf. 6, n. 30, Decian. conf. 78, n. 41, lib. 3, Valasc. de emphyt. q. 9, n. 15, Rot. in Melvitana feudi 4 Decemb. 1630, coram bon. mem. Metmanno. Neque

Ad materiam de Alim. Decif. LVIII.

107

Neque urget quod dictus Gabriel emperor aliam investituram pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque obtinuerit, & ex ea possederit; 11 quia hæc investitura non est nova * ex capite devolutionis antiquæ, quo casu translatis Caſtrum liberum ab hypothecis prædecessorum, juxta decif. 86, part. 5, recent. sed emanavit in venditionis facta ab Alemanno executionem, & confirmationem omnino necessariam Rosenthal. de feud. cap. 6, concl. 32, n. 6, ubi gloss. lit. F. allegat concord. Ludov. Bell. conf. 1, n. 60. Amadeus à Ponte inter tract. divers. de Laudem q. 15, n. 3, ut constat. Tum quia paulo post venditionem emptor, hoc nomine instetit admitiri ad juramentum fidelitatis, & non obstante contradictione Advocati fiscalis negantis, potuisse vendi, eò quod investitura venditoris esset pactionata, fuit ad juramentum admissus, decretumque contextualiter, ut ei fieret investitura pro se, fuisse que hæredibus, & successoribus quibuscumque imo in ipsa quoque supplicatione porrecta ab emptore, pro investitura obtainenda, ille petit sibi tanquam emptori investituram concedi, & quartam partem Laudem condonari. Tum etiam quia investituram concessere Judices Cameræ Apostolicæ, quibus inerat quidem potestas confirmandi alienationes factas in vim antiquæ investituræ hæreditariæ, non autem novas investituras concedendi; adeo quod postrema * hæc investitura cum famuletur venditioni, cui inhaeret Surd. conf. 418, n. 11, & decif. 71, nu. 9, Rot. decif. 104, n. 5, part. 2, divers. decif. 114, n. 4, part. 1, recent. & concedi emptori debuerit, Rot. decif. 381, n. 17, part. 5, recent. nova, ut dicebam, non est Rot. decif. 176, n. 26, p. 5, rec. Dec. conf. 53, n. 4, vers. 5, quod feudum Menoch. conf. 400, num. 3, Surd. conf. 573, n. 25, nec præ 12 judicium * in tulit creditoribus venditoris, Rosenthal. de feud. cap. 6, concl. 68, n. 1, & 2, Rot. decif. 176, n. 26, & 37, part. 5, recent. Cumque concessa fuit emptori pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, comprobatur evidenter, supra allegatum observantiam feudi hæreditarii, quodque tale prius fuisse etiam in persona venditoris, quia alias fieri hæreditarium * in personam emptoris non potuisse absque heneplacito Sedis Apostolicæ, Curt. jun. de feud. part. 2, quæst. 6, Clar. in §. emphyt. q. 6, vers. scias tamen, Alex. conf. 9, n. 10, lib. 3, Rot. in Imolen. bonorum 16. Nov. 1617, §. 3, fuit dictum coram Card. Sacro, & 13, Janu. 1622, §. 1, coram Remboldo.

Altera exceptio extinctionis hypothecæ, mediante datione in solutum cuiusdam Coloniarum, sublata fuit, in tribus præcedentibus decisionibus, quia nimis non probatur, quod Coloniarum fuerit vere tradita, * nec ad hunc effectum sufficit, quod fuerit estimata, sed requiritur actualis traditio, Asin. de execut. §. 4, c. 50, n. 4, & §. 7, c. 263, in fin. Cyriac. controv. 327, n. 20, & seqq. Ceph. conf. 159, n. 17, Corn. conf. 296, sub num. 12, ibi, ex ipsa datione in solutum verbo non actualiter facta, lib. 1, Surd. decif. 51, n. 20, & 21, eaque non obstante clause constituti, & facultate capiendo possessionem propria autoritate est probanda ab allegante; Licet fecus sit quando semel facta probatur, sed turbata postmodum, vel revocata aſteritur, in quibus terminis loquitur Soc. conf. 15, n. 7, lib. 4, Alex. conf. 127, n. 5, vers. similiter lib. 5, & utrumque casum distinguendo bene declarat Card. Mant. de tacit. lib. 5, it. 1, num. 17.

Præscriptio pariter cessat ex deductis in prioribus decisionibus stante interpretatione, & mala fide inducta ex lite mota, ac per plures annos prosecuta, postquam cum nunquam fuerit ad favorem rei conventi terminata, inchoari non potuit alia præscriptio decennalis; quicquid sit in terminis Stat. Urbis cap. 158, lib. 1, quod non inducit præscriptionem ex negligencia creditoris in petendo, * sed solutionis præsumptionem, quæ 17 reviviscere potest ex die qua creditor iterum negligens sit, & in his terminis loquitur ex adverso allegata decif. 152, vers. 3, casus, impress. post Fenzon. ad Statut. Urb.

Quæ tandem objiciebantur de non integra transportatione actorum facile tolluntur, * quia 18 scripturae quas desicer adversarius prætendit non probantur productæ realiter, ut debet, ex allegatis ab Add. ad sanctæ memor. Gregor. XV. decif. 59, n. 10, Rot. decif. 67, n. 3, p. 4, tom. 2, recent. decif. 375, n. 23, coram D. Urgellen. quin contrarium præsumitur, quia nulla fit earum mentio in sententia, ubi omnes aliae realiter productæ enunciatur, nec non quia realiter productas fuisse integrè transportatas testatur Notarius * actuarius cui de hoc adhiberi fidem dixit Rot. d. decif. 67, part. 4, tom. 2, decif. 204, n. 14, & 15, part. 7, recent. & in Romania pecunaria 23 Januarii 1632, coram Eminente D. Card. Hieronymo Veropio. Sive de hoc attetur in dorso extractus, sive per scripturam separata, quia fides quam in hoc Rota solet adhibere Notariis sic attestantibus non fundatur in tempore, & loco attestationis, sed in legalitate personæ.

Quapropter confirmingo ultimam decisionem cauila hodie super eisdem posita, iterum Rota censuit Francisco de Tertullis, Domino della Roque dandam esse immisionem, ex utili Salviano interdicto, utraque parte informante.

DECISIO LIX.

R. P. D. VEROPPIO.

Romana Salviani.

Lunæ 21. Julii 1651.

SUMMARIUM.

- 1 Immisso ex Salviano, probatis extremis, conceditur.
- 2 Minor sine solemnitatibus censum nulliter constituit. Sorori in stabilibus dotem constituit non extantibus mobilibus, n. 3. In contractu evidenter utili solemnitates non adhibet, n. 5. Contra n. 6.
- 4 Dotis constitutio necessaria à minore fit, sine solemnitatibus.
- 7 Locupletari nemo debet cum aliena jactura.
- 8 Statutum de solemnitatibus conditum, ne minor res decipiantur; De solemnitatibus non habet locum in contractu minoris utili, n. 9.
- 10 Pacificatio resultat ex promissione exequendi contractum.
- 11 Stipulatio quorum interest, inferta in obligacione Camerali.
- 12 Possidens ex anteriori hypotheca se tuerit; Declara ut num. 13.
- 14 Possesso creditoris conditionem meliorem reddit. Declara ut num. 15, & 16.
- 17 Sententia indefinitè prolata intelligitur, pro parte, de jure, ad condemnatum spectante.
- 1 Mmissionis sententiam in utilis Salviani iudicio, Faustus hæres Michaëlis, ab A. C. obtinuerat

nuerat super domo, ex hereditario, fine Hortensis Aviae, ac Curtius Patris Baldassari pupillo delata, ejusque nomine Michael Tutor censui supponerat, & fidejusor accelerat, ad effectum solvendi dotem Hippolytae sorori d. Baldassaris, in Monasterio professa. Hanc postea domum praefato censu gravatam assignavit in dotem Hyacintha alteri sorori Baldassaris, sub expresso tamen onere, illud infra quindennium redimendi; interim vero fructus annos de proprio ære solvendi, cuius sententia executio cum in hoc Tribunali ex iniustitia defectu sub die 10. Maii 1638. fuisset denegata, quasi creditum, cum hypotheca necessaria Salviani extremum, in proposito casu corrueret, ac successice cestaret vis constitutionis Egidianæ, sub qua causa appellationis fuerat in hoc sacro Tribunali commissa, eandem tamen executionem, plures reproposito dubio, DD. tandem hodie, fausto mediatu Michaelis hereditate decreverunt: quia Michael fidejusor à Hieronymo census creditore pulsatus, scuta duo, ac sexaginta pro fructibus reportata jurium cessione persolverat, cuius vigore sententiam immisionis contra Hyacintham domus posseditritem, in Salviani judicio legitimè intentavit. * atque obiunxit, postquam creditum, & hypothecam super eadem domo contractam, exinde justificaverat, ac publicis documentis utrumque possessionis extremum, ad tex. in l. 1. ff. de Salv. ibique Bart. num. 3, & in l. 1. post gloss. C. de præcar. Menoch. de adipiscen. remed. 29, n. 29, num. 160, Negus. de pign. 1, membro. p. 8, n. 6. & 8. Rot. coram Pereg. decif. 491, n. 6, & coram Buratt. decif. 728, n. 4.

Neque videtur urgere contra eamdem Hippolytam in domo controversa ex census impositione contractam, * quem censem, nulla precedente necessitate, vel causa, minor ipse distraherit, nullaque solemnites tum de jure, tum ex statutaria dispositione in minorum contractibus requisitas, tunc adhibuerit, contra text. in l. sive generalis, §. iste autem Curator, ff. de jur. dot. & in l. que Tutoris, §. præcipimus, C. de administr. tutor. Surd. decif. 287, n. 17, cum seqq. ac alii relati in una Romana dotis 10 Junii 1626. coram bon. mem. Coccino penes Modernum Bresighelensem ad statutum urbis decif. 138.

Quoniam necessaria alienationis causa, licet impugnetur, ea tamen in proposito casu, non deficit, quo ex judicialis periti relatione dignoscitur nulla in patrimonio pupilli superfluisse mobilia, seu credita, nullamque pecuniam; unde sori potuissent comparari dos, * ad quam, non solum de jure cogi poterat, tum ex proposita persona, l. cum plures §. cum tutor, ibique gloss. in fin. ff. de administr. tutor. & l. non omni verba nulla, in fin. C. cod. tit. not. Bart. in proœm. digestor. n. 14. Guido Pap. decif. 90, n. 24, vers. 6, quia Rota coram bon. mem. Urgell. decif. 26, n. 5, tum ex persona Domini, cuius hæres extiterat, ad text. in l. ult. C. de dot. promis. & in l. qui liberos, ff. de rit. nupt. Bart. in l. si marito §. si volunt. ff. solut. matrim. Dec. in auth. præterea n. 17. C. unde vir & uxor, ibique, Curt. jun. n. 19. Card. Mantic. de tacit. lib. 12, tit. 18, n. 16, Rot. in add. decif. 26, n. 1, coram bon. mem. Urgell. Verum etiam ejusdem Patris præcepto, ac Aviae, in cuius quoque tabulis testamentariis, hæres fuerat institutus poterat ipse minor successore compelli; hinc enim necessaria dotatio nisi * causa concluditur à solemnitatibus statutariis, proinde immunis, l. 1. §. sed si pater, ff. de reb. eorum, notat Salicet. in l. 1, C. de prædiis, &

bet

bet fraudis suspicione immunem non censetur uti superflius demandasse, Nav. conf. 173, nu. 5, Roderic. de ann. red. lib. 1. q. 14, num. 15, cum aliis recensitis in una Viterbiæ hereditatis 1. Iulii 1643, sub §. penultimo coram me.

Quæ fortius urgent contra Baldassarem, post censem solemniter ab ipso ratificatum, in assiguatione ejusdem domus Censualis Hyacinthæ alteri sorori, facta pro dote, cum obligatione extinguendi, infra quindecim annos prædictum censem; interim vero de annis fructibus respondendi censario; ex hac enim promissione quæ † absque censu validitate ac subsistentia corrueret, resultat implicita ipsius ratificatio, ut notant DD. in l. Paulus ff. rem ratam haberi, ibique Bart. & Castr. ceterique communiter, Gabr. conf. 36, num. 57, lib. 2, quem secuta fuit Rota in Anconitana censum. 7. Novembris 1613, coram Ubaldo, post Cenc. decif. 278, n. 2. & in terminis accollati census, & promissæ solutionis fructuum in Rom. census 22. Junii 1611, coram Manzadredo, post Cenc. decif. 19, n. 3, non obstante allegata ignorantia contractus nulli, cum hac exceptio nullitatis, in proposito casu, supra deductis non subsistat, poteritque Michaeli fidejusori prodebet eadem ratificatio, vigore stipulationis pro omnibus, quorum interest, inserta in ipsa obligatio ne Camerali, + dum ejus fidejusso contractum ratificationis prædictæ, præcesserat, ut ponderavit Rota, post Zacc. de oblig. Cam. decif. 86, n. 2, decif. 99, n. 7, decif. 137, n. 1, & coram Buratt. decif. 788, n. 2, & in decif. 285, n. 9, & 10, p. 6. & decif. 46, n. 6, p. 7, recent. & in Rom. Salviani de Casalibus 21. Junii 1641, coram R. P. D. Cerro in §. cessat omnis difficultas.

Hanc etiam immissionem retardare non vallet hypotheca anterior, quam habere pretendit Hyacintha, super domo censuata + occasione dotis sibi testamento legata; cuius prouide virtute super ejusdem domus possessione pro credito census, longè posteriori, molestari non possit, per text. in l. qui potior, & in l. quoties ff. de reg. jur. cum alii relatis in una Placentina Salviani 16. Junii 1589, coram Mantica, post Pacific. de Salv. decif. 290, n. 1.

Non enim hypotheca Hyacinthæ existit anterio altera censuali, sed cum ea reputatur æqualis, quia census fuerat constitutus pro dote ab eadem Avia legata Hippolytae alteri * sorori, & hujus legati jura in Baldassarem, census impostorem, cessionis virtute, translatæ, per ipsius successivam honorum omnium, ac iurum obligationem postmodum fuerant census creditori quæsita, ut notant DD. in l. nomen, C. quæ res pignori obligari possint, ubi inter cæteros Salicet. nu. 1. Castr. in l. si convenerit l. 2, n. 2, ff. de pignor. act. Alex. conf. 15, n. 1, vers. ex quo infertur, lib. 6. Negus. 3. membr. 2, p. n. 24. Rota in Rom. domus 25, Febr. 1641, & in Rom. Salviani de Casalibus 21. Junii ejusdem anni, §. & in omnem casum, R. P. D. meo Cerro.

Adempta pariter actualis possessio domus censualis nec Hyacinthæ suffragatur licet regulariter conditionem creditoris potiorem * atque meliore reddit, l. si serv. §. sequitur in fin. ff. de verb. oblig. & in l. quoties ff. de rei vindic. cum aliis per Franch. decif. 260, n. 4. quoniam illa prædedit, si ex diversis instrumentis, de quorum anterioritate nullibi constaret, jura sua metirentur creditoribus, secus vero si ex uno eodemque instrumento illa deducunt; Tunc enim omnes, quacumque possessionis ratione posthabita, * existantur æquales, l. verum §. si cum tres, ff.

Decisiones ad Tract. de Alim.

pro socio, Negus. de pign. 5, p. 2, membr. n. 31, cum seqq. Caroc. decif. 109, n. 34. Pereira d. cif. Lusitana 16, n. 3, prout etiam iis posset creditoribus suffragari, qui ex titulis omnino diversis, * 16 non tamen, si ex una eademque causa concurrerint, juxta gloss. in l. cum unus, in verbo, ex creditorib. ff. de bonis author. judic. possid. & in l. is cui in verba ord. ff. uti in poss. legat. & in l. postquam in verbo procedere, C. eod. tit. & in l. 2, in verbo, estis C. qui potior. in pign. & in l. ult. in verbo commoditatis C. de bonis authorit. judic. possess. Rip. in l. privil. n. 28, ff. de privil. credit. Negus. de pignor. 2. membr. 3, partis n. 10. in 5. restrictio ne, & hiac de duobus hereditibus, ab eodem fonte propria deducuntibus Hypothecam, ut non obstante alterius possessione, censeantur æquales, tradit idem Franc. decif. 635, n. 9, & alii per Amatum Panormitan. refol. 3, n. 10, ubi suprad. dudam, Franch. decif. 260. Juxta primum distinctionis membrum declarat esse intelligend. in his vero terminis plurium legatariorum sunt expresa verba text. in l. is cui ff. uti in poss. legat. ibi, qui prius est legatarius in propositione non præfertur ei, qui postea mittitur: inter legatarios enim nullum ordinem observamus, sed simul omnes æquiter tuerimur; idem Negus. d. membr. 2, n. 2, eoque minus usi posteriori hoc possessionis jure, Hyacinthæ, quæ sub onere census eam ingressa fuit, ita ut nec hujus respectu valeat ab hypotheca excludere census riui concretorem, ex notatis in l. aliena res, ff. de pignor. act. & l. cum ab uno ff. de leg. 2. Franc. decif. 75. n. 9, & 10. Rota coram Caval. dec. 582, in fin.

Denique non obstat excessus, quo sententia immissionis exinde redargitur, quia super tota domo à judge decreta fuit. Cum tamen pro diuidia tantummodo debuisset assignari, dum creditum scuta duo, ac sexaginta non excedat, redditus vero annus domus scuta centum triginta quinque attingit; ex facto enim corruit objectio, quoniam super domo simpliciter non autem super tota, concessa fuit immissio; ideoque in dubio super ea tantummodo parte centetur attributa, super qua sola, poterat, de jure constitui; licet impropriari, glossari, & limitari debuissent verba sententia, ut notat Scacc. de sententiis gloss. 14, q. 22, n. 2, & aliis auctoritatis relatis, dixit Rota coram Buratt. decif. 337, n. 23. cum seqq. & in una Firmana Salviani 12. Novembris 1621, coram bon. mem. Coccino.

Et ita DD. à decisio sub die 10. Maii 1638, recesserunt, utraque &c.

DECISIO LX.

R. P. D. C E L S O.

Romana Quartæ.

Luna 24. Aprilis 1651.

S U M M A R I U M.

1. Remedium Auth. præterea C. und. vir & uxor. habet locum etiam in uno. Est odiosum, & contra jus, nu. 2. Conceditur in subsidium, num. 3. Non datur conjugi nisi sit ita pauper quod cogatur mendicare, num. 4, & n. 6, & 7. Non competit habenti lucrum dotali, num. 8.

5. Testes super negativa debent illam coarcere. 9. Alimenta propter pietatem debita statum per-

k sonæ